



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

248. feria 4. de quatuor signis eversæ tyrannidis vitiorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Feria 4. Dom. 11. post Pentecost. 443

desinit à peccatis. I. Pet. cap. 4. At qui appetus inordinatos mortificat, patitur.

MEDITATIO CCXLVIII.

Feria 4. Domini 11. post Pentecost.

De quatuor signis eversa tyrannidis vitiorum.

Videbo regnum vitiorum quadripartitum, in peccata, in malos habitus, in passiones, & in tentationes. Petam explere illud Apostoli: *Odiens malum. Ad Rom. 12.*

Conf. 1. Signa diminutionis peccatorum esse octo. 1. Nunquam deliberatè peccare. 2. Nec indeliberatè venialia gravia 3. Nec levia contra multas species. 4. Nec contra paucas. 5. Nec levia periculosa. 6. Nec Dei cultum concernentia. 7. A lapsu tantocytus dolere. 8. Zelare in alijs idem.

Conf. 2. Signa extirpatorum habituum pravorum esse quinque. 1. Si minor sentiatur ad peccatum inclinatio. 2. Si major facilitas ad resistendum. 3. Si averfio ab antiquis affectibus. 4. Si positiva difficultas ad facta olim peccata. 5. Si moralis impotentia.

Conf. 3. Signa refrenatarum passionum esse quinque. 1. Nunquam ab ijs pertrahi ad offensam Dei, vel proximi. 2. Neque ob perturbationem, vel inclinationem ab ijs abduci. 3. Rarò, & quasi speculativè ab ijs excitari.

*Et Pentecost.
Tunc est salu
eritate, ut
Deus, quant
ent! vel hu
tis recipim
omine Det
Habet B. Bi
n JESU &
quam bene
tâ, ut: Tace
e gratias a
edictus ille,
denique re
bi: *Resistit*
Hæc veritat
consensero
quam vicia
apparentis
le quia vir
cernat ma
o. Optime
sui quærit:
procedunt
cum affli
affligendo
vel appa
qui patitur
desinit*

444. *Feria 5. Dom. 11. post Pentecost.*
excitari. 4. Si insurgentes mox reprimantur. 5. Naturalibus passionibus tantum ad bonum uti.

Conf 4. Signa victoriæ tentationum esse quinque. 1. Si ad peccatum nos non pertrahant. 2. Si nec ad periculum. 3. Si raro nostrâ culpâ oriantur. 4. Si neque in vehementi occasione. 5. Si eas magis sensus abhorreat.

MEDITATIO CCXLIX.

Feria 5. Domin. 11. post Pentecost.

De Regni virtutis præstantia, & quatuor indicijs obtenta virtutis.

Aspiciam Regnum Virtutum velut meritam bonorum, & honorum, generisque humani beatitatem. Petam in amorem ejus exardescere.

Conf 1. Quòd Virtus sit qualitas, & habitus animæ, ad bene operandum inclinans, & efficiens, ut homo bene vivat, nec possit eo malè uti: quia quando malè agit, non sequitur virtutem, cujus regula est recta ratio, lex sancta, & consilia Dei. Incitant ad virtutem. 1. Deus, qui imponit nomina rebus convenientia: Sed virtutibus dat nomen boni, nomen divitiarum, thesauri, beatitatis: sunt igitur virtutes propria hominis vera, & pretiosa bona, nobis promissa: 2. Pet. 1. 2. ad Cor. 4.